turnũq; geſſimus, cũ ille iniuriis in ſocios noſtros inferendis, bello ppe nos laceſſiſſet. hic &
ipſe per ſe vehemẽs fuit, & acerrimũ hoſtẽ huius imperii Mithridatem pulſum Põto opib⁹
ſuis regnoq; defendit: & a Lucullo ſummo viro atq; imperatore pulſus, animo tñ hoſtili cũ
reliquis copiis ſuis in priſtina mente manſit. hunc Cn. Pompeius, cũ in ſuis caſtris ſupplicem
abiectũq; vidiſſet, erexit: atq; inſigne regiũ, qđ ille de ſuo capite abiecerat, repoſuit, & impera-
tis certis rebus regnare iuſſit: nec minus & ſibi & huic imperio glorioſum putauit, cõſtitu-
* tũ a ſe Regem, q̃ cõſtrictũ videri. Tulit. geſſit, qui & ipſe hoſtis fuit populi Romani, & acerri-
mũ hoſtẽ in regnũ recepit, q cõflixit, q ſigna cõtulit, qui de imperio pene certauit, regnat ho-
die: & amicitię nomen, ac ſocietatis, qđ armis violarat, id pcibus eſt cõſecut⁹. Ille Cyprius mi-
ſer, qui ſemper ſocius, ſemp amicus fuit, de quo nulla vnq̃ ſuſpitio durior ad ſenatũ, aut ad
imperatores noſtros allata eſt, viuus (vt aiunt) eſt & videns cũ victu ac veſtitu ſuo publica-
tus. En cur cęteri Reges ſtabilẽ eẽ ſuã fortunã arbitrenť: cũ hoc illius funeſti anni pdito exẽ-
plo videant, p Tribunũ aliquẽ, & ſexcẽtas operas, ſe fortunis ſpoliari, & regno omni poſſe nu-
dari. At etiã eo negotio M. Catonis ſplendorẽ maculare voluerunt, ignari qd grauitas, qd in-
tegritas, qd magnitudo animi, quid deniq; virtus valeret. quæ in tempeſtate quieta eſt, & lu-
cet in tenebris: & pulſa loco, manet tñ, atq; hęret ĩ patria, ſplẽdetq; p ſeſe ſemper, neq; alienis
vnq̃ ſordibus obſoleſcit. Nõ illi ornandum M. Catonẽ, ſed relegandũ ad illud negotiũ puta-
uerũt, qui in concione palam dixerint, linguã ſe euelliſſe M. Catoni, quæ ſemp cõtra extraor-
dinarias poteſtates libera fuiſſet. Sentiẽt vt ſpero breui tempore, manere libertatem illã: atq;
hoc etiam, ſi fieri poterit, eſſe maiorem, ꝙ cum conſulibus illis M. Cato, etiam cum iã deſpe-
raſſet aliqd auctoritate ſua perficere poſſe, tamen voce ipſa ac dolore pugnauit, & poſt meũ
diſceſſum his Piſonem verbis flens meum & Reip. caſum vexauit, vt illum hominem perdi-
tiſſimum, atq; impudentiſſimum pene iã prouincię pœniteret. Cur igitur rogationi paruit?
quaſi vero ille non in alteras quoq; leges, quas iniuſte rogatas putaret, iam ante iurarit. non
offert ſe ille teſtis temeritatibus, vt cum Reip. nihil profit, ſe ciuitate Ro. priuet. Cõſule me,
cum eſſet deſignatus tribunus plebis, obtulit in diſcrimen vitam ſuam: dixit eam ſentẽtiam,
cuius inuidiã, capitis periculo ſibi pręſtandam videbat; dixit vehemẽter: egit acriter: ea quæ
ſenſit, p̃ ſe tulit: dux, auctor, actor rerũ illarũ fuit: nõ quo periculũ ſuũ nõ videret, ſed in tan-
ta Reip. tempeſtate nihil ſibi, niſi de patrię periculis cogitãdũ putabat. Cõſecut⁹ eſt ipſi⁹ tri-
bunatus. quid ego de ſingulari magnitudine animi eius, ac de incredibili virtute dicã? memi-
niſtis illũ diẽ, cũ tẽplo a Collega occupato, nobis oĩbus de vita ei⁹ viri, & ciuis timẽtib⁹, ipſe
aĩo fortiſſimo venit in tẽplũ, & clamorẽ hominũ auctoritate, impetũ improborꝵ virtute ſeda-
uit. adiit cũ periculo, ſed adiit cũ cauſa: q̃ quanta fuerit, mihi dicere nõ eſt neceſſe. At ſi iſti
Cypię rogationi ſceleratiſſimę nõ paruiſſet, hęreret illa nihilominus in Rep. turpitudo. Re-
gno. n. iã publicato, de ĩpo Catone erat nominatim rogatũ. qđ ille ſi repudiaſſet, dubitatis qn
ei vis eſſet allata? cũ oĩa acta illius anni p illũ vnũ labefactari viderenť. Atq; etiam hoc vide-
bat: quoniam illa in Rep. macula regni publicati maneret, quam nemo iam poſſet eluere, qđ

Huius loci meminit Gel. lib. xii. cap. xiii. dicens, intra mõtẽ Taurum. i. ad.

Viuus & videns.

Operæ.

Virtus.

ex malis bonũ poſſit in Rep.ꝑuenire,id vtiliꝰ eſſe p ſe cõſeruari,q̃ ꝑ alios. Atq; ille etiã ſi
aliquapiam vi pelleret illis temporibꝰ ex hac vrbe,facile pateret.etem̃ qui ſuꝑiore anno ſe — Aliquapiã.
natu caruiſſet,quo ſi tũ veniret,me tñ ſociũ ſuoꝝ in Rep.cõſilioꝝ videre poſſet:is ęquo ani
mo tũ me expulſo,& meo noĩe cum vniuerſo ſenatu,tũ ſententia ſua condemnata,in hac vr
be eſſe poſſet:ille vero eidem tempori,quo nos,eidem furori,eiſdem Cõſulibus,eiſdẽ minis,
inſidiis,ꝑiculis ceſſit.luctum nos hauſimus maiorem,ille animi nõ minorem.His de tantis
iniuriis in ſocios,in reges,in liberas ciuitates,cõſulũ querela eſſe debuit.in eius magiſtratus
tutela reges,atq; exterę nationes ſemp fuerunt.ecquæ vox cõſulũ vnq̃ eſt audita?q̃q̃ quis au
deret,ſi maxime q̃ri vellent,de Cyprio rege quærere,q me ciuem nullo meo crimine,patriæ
nomine laborantem,nõ modo ſtantem nõ defenderũt,ſed ne quidem iacẽtẽ protexerũt?Ceſſe
ram,ſi alienam a me plebẽ fuiſſe vultis,quę non fuit,inuidię:ſi quo moueri omnia videbant,
tempori:ſi ius ſuſceꝑat,armis:ſi ſocietas,magiſtratuum pactioni:ſi ꝑiculum ciuium, rei⸗ — ✱
publicę.cur,cũ de capite ciuis,nõ diſputo cuiuſmodi ciuis,& de bonis ꝓſcriptio ferret,cũ &
†ſacris legibꝰ,&.XII.tabulis ſancitũ eẽt, vt neq; priuilegiũ irrogari,neq; de capite,niſi comi — †ſacratis.
tiis centuriatis rogari,nulla vox eſt audita cõſulũ? cõſtitutũq; illo anno eſt, quantũ in illis
duabus huius imperii ꝑſtibus fuit,iure poſſe ꝑ operas cõcitatas quẽuis ciuem nominatim
tribuni plebis cõſilio ex ciuitate ꝑturbari. Quæ vero promulgata illo anno fuerunt, quæ
promiſſa multis,quæ conſcripta,quæ ſꝑata,quæ cogitata,quid dicam?qui locus orbis ter⸗
ræ iam nõ erat alicui deſtinatus?cuius negotii publici cogitari,optari,fingiq; procuratio po
tuit,quæ nõ eſſet attributa atq; deſcripta?qđ genus imꝑii,quæ ꝓuincia,quæ ratio aut au⸗
ferendæ aut cõflandę ꝑcunię nõ reꝑiebatur?quæ regio,orave terrarum erat latior, in qua
nõ regnũ aliquod ſtatueret?quis autẽ Rex erat,qui illo anno nõ aut emendũ ſibi,qđ non ha
bebat,aut redimẽdũ qđ habebat arbitraretur?quis prouinciam,quis pecuniã, quis legationẽ
ab ſenatu petebat? Dãnatis de vi,reſtitutio:cõſulatus petitio ipſi illi populari ſacerdoti cõ⸗
parabatur.Hęc gemebãt boni,ſperabãt improbi,agebat Tribunꝰ ple.Cõſules adiuuabãt.Hic
aliquãto ſerius,q̃ ipſe vellet Cn.Pompeius,inuitiſſimis iis,qui mentẽ optimi ac fortiſſimi vi
ri ſuis cõſiliis,ac fictis terroribus a defenſione meę ſalutis auerterãt,excitauit illã ſuam non
ſolutam,ſed ſuſpitione aliqua retardatã conſuetudinem Reip.bene gerendæ. Non eſt paſſus
ille vir qui ſceleratiſſimos ciues,qui acerrimos hoſtes,qui maximas nationes, qui reges, qui
gentes feras,atq; inauditas,qui prędonũ infinitam manũ,qui ſeruitia virtute victoriaq; do⸗
muiſſet,qui omnibus bellis terra mariq; cõpreſſis,imperiũ Po.Ro.orbis terrarũ terminis de⸗
finiſſet,Rẽp.euerti ſcelere paucoꝝ:quã ipſe nõ ſolũ cõſiliis,ſed etiã ſanguine ſuo ſæpe defen⸗
diſſet.acceſſit ad cauſam publicam,reſtitit auctoritate ſua reliquis rebus,de p̃teritis queſtus
eſt.fieri quædam ad meliorẽ ſꝑem inclinatio viſa eſt.decreuit ſenatus frequens de meo redi⸗
tu Cal.Iunii diſſentiente nullo,referente L.Mũmio,cuius in mea cauſa nunq̃ fides , virtuſq;
cõtremuit.Interceſſit Ligus iſte neſcio qui,additamentum inimicorũ meorũ.res erat & cau — Ligus additamentum inimicorũ.
ſa noſtra eo loci,vt erigere oculos,& viuere videret.quiſquis erat,qui aliquam partẽ in meo
luctu ſceleris Clodiani attigiſſet,quocunq; venerat,qđ iudicium cũq; ſibi erat,damnabat:in⸗
ueniebatur nemo,qui ſe ſuffragium de me tuliſſe cõfiteret.diſceſſerat ab Aſia frater meꝰ ma — Eo loci.
gno ſqualore,ſed multo etiam maiore mœrore.huic ad vrbem venienti tota obuiam ciuitas — Qđ iudiciũ cunq;.
cũ lachrymis gemituq; ꝓceſſerat: loquebat liberius ſenatus:cõcurrebãt Equites Romani:Pi
ſo ille gener meꝰ,cui fructũ pietatis ſuę,neq; ex me,neq; a populo Romano ferre licuit,a pro
pinquo ſuo ſocerũ ſuũ flagitabat:omnia ſenatus reiiciebat,niſi de me cõſules primo retuliſ⸗
ſent.Quę cum res iam manibus teneret:cũ cõſules prouinciarũ pactione libertatem omnem
ꝑdidiſſent:qui cum in ſenatu priuati,vt de me ſententias dicerent flagitabantur,legem illi
ſe Clodiam timere dicebãt:cũ hæc nõ poſſent iã diutius ſuſtinere,initur conſilium de interi
tu Cn.Pompei,quo patefacto,ferroq; deprehenſo,ille incluſus domi tãdiu fuit,q̃diu inimicꝰ
meus in Tribunatu.de meo reditu octo Tribuni promulgarunt.ex quo intellectum eſt, mi⸗
hi abſenti creuiſſe amicos,in ea p̃ſertim fortuna,in qua nõnulli etiã,quos eſſe putauerã,nõ
erãt:ſed eos volũtatẽ ſemp eãdẽ,libertatẽ eãdẽ nõ ſemp habuiſſe.nã ex octo tribunis,quos tũc
habuerã,vnus me abſente defluxit,q cognomen ſibi ex alioꝝ imaginibꝰ arripuit, quo magis
nationis eius eſſe,q̃ generis videret.Hoc igit anno magiſtratibꝰ nouis deſignatis,cũ oẽs bo⸗
ni omnẽ ſꝑem melioris ſtatus in eorũ fidẽ cõuertiſſent,princeps P.Lẽtulus auctoritate ac ſen
tẽtia ſua,Piſone & Gabinio repugnãtibꝰ,cauſam ſuſcepit,tribuniſq; plebis octo referẽtibꝰ,ꝓ⸗

ſtãtiſſimã de me ſentẽtiã dixit.qui cũ ad gloriã ſuã,atq; ampliſſimã beneficii gratiam magis ꝑtinere videret,cauſam illã integrã ad ſuũ cõſulatũ reſeruari,tñ rẽ talẽ per alios citius,q̃ ꝑ ſe tardius cõfici malebat.Hoc interim tẽpore P.Seſtius Iudices,deſignatus iter ad C.Cęſarẽ ꝓ mea ſalute ſuſcepit.quid egerit,quantũ profecerit,nihil ad cauſam.equidẽ exiſtimo, ſi ille (vt arbitror)ęquus nobis fuerit,nihil ab hoc ꝑfectũ:ſin iratior,nõ multũ.ſed tñ ſedulitatem atq; integritatem hominis videtis.Ingredior iã in Seſtii Tribunatũ.nã hoc primũ iter deſignatus Reip.cauſa ſuſcepit.pertinere & ad cõcordiam ciuiũ putauit,& ad ꝑficiendi facilitatem,animũ Cęſaris a cauſa nõ abhorrere.abiit ille annus,reſpiraſſe homines videbant̃,nõ

Vulturii paludati. dũ re,ſed ſpe Reip.recuꝑandę.exierunt malis ominibus atq; execrationibꝰ duo vulturii paludati,quibꝰ vtinã ipſis eueniſſent ea,quæ tũ homines p̃cabant̃.neq; nos prouinciã Macedoniam cum exercitu,neq; equitatũ in Syria,& cohortes optimas ꝑdidiſſemus.Ineunt magiſtratum Tribuni plebis,qui oẽs de me ꝓmulgaturos cõfirmarãt.ex his princeps emit̃ ab inimicis meis,is quẽ hoĩes ĩ luctu irridẽtes Gracchũ vocabãt:quoniã id etiã fatũ ciuitatis fuit,

Nitedula ex veprecu lis extracta vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp.conaret̃ arrodere.Alter vero nõ ille Serranꝰ ab aratro,ſed ex deſerto Gaui Oleli horreo,calatis granis,in Calatinos ac Lęlios inſitus ſubito nominibus in tabulas relatis,nomen ſuum de tabula ſuſtulit.Veniũt Calendę Ianuarii:vos

* hæc melius ſcire poteſtis:equidẽ audita dico:quæ tũ frequẽtia ſenatꝰ,q̃ expectatio populi,q̃ cõcurſus legatorũ ex Italia cuncta,q̃ virtus,actio,grauitas,P.Lentuli fuerit Cõſulis,q̃ etiam Collegę eius moderatio de me:qui cũ inimicitias ſibi mecũ ex Reip.diſſenſione ſuſceptas eſſe dixiſſet,eas ſe dixit & tẽporibus,& reipublicę ꝑmiſſurũ.Tũ princeps rogatus ſentẽtiam L.Cotta,dixit id,qđ digniſſimũ Rep.fuit,nihil de me actũ eſſe iure,nihil more maiorũ,nihil legibus:nõ poſſe quenq̃ de ciuitate tolli ſine iudicio:de capite nõ modo ferri,ſed ne iudicari quidem poſſe,niſi comitiis cẽturiatis.vim fuiſſe illã,flammã quaſſatæ reipublicę:ꝑturbato vndiq; tẽpore,iure,iudiciiſq; ſublatis,magna rerũ ꝑmutatione impẽdẽte, declinaſſe me paululũ,& ſpe reliquæ tranquillitatis præſentes fluctus,tempeſtatemq; fugiſſe. quare cũ abſens non minus rempublicã magnis ꝑiculis,q̃ quodam tempore præſens liberaſſem, nõ reſtitui me ſolum,ſed etiã ornari a ſenatu decere.Diſputauit etiam multa prudẽter,ita de me illum amẽtiſſimũ,& ꝓfligatiſſimũ hoſtẽ pudoris & pudicitię ſcripſiſſe q̃ ſcripſerat,his verbis,rebꝰ, ſentẽtiis,vt etiã ſi iure eẽt rogatũ,tñ vim habere nõ poſſet.quare me,q nulla lege abeſſem,nõ reſtitui lege,ſed reuocari ſenatus auctoritate oportere.hunc nemo erat,qn veriſſime ſentire diceret.Poſt eũ rogatꝰ Cn.Põpeius,approbata laudataq; Cottę ſentẽtia dixit,ſeſe otii mei cau

* ſa aut omni populari cõcitatione defringier cẽſere,& ad ſenatũ nõ ſe referri iuſſit.Cũ oẽs certatim,aliuſq; alio grauiꝰ,atq; ornatiꝰ de mea ſalute ſine vlla varietate dixiſſent,venit cõſilii de me agẽdi dies.VIII.Cal.Februarii.Princeps rogationis Q.Fabricius vir mihi amiciſſimus,templũ aliquãto ante lucẽ occupauit.Quid eo die Seſtius?is q eſt de vi reus?actor hic defenſorq; cauſę meę,nihil ꝓgredit̃,cõſilia expectat inimicorꝝ meorꝝ.quid illi,quorũ conſilio

De multa nocte. P.Seſtius in iudiciũ vocat̃,quo ſe pacto gerũt?cũ forũ,comitiũ,curiã, multa de nocte armatis hoĩbus ac ſeruis pleriſq; occupauiſſent,impetũ faciũt in Fabriciũ,manus afferũt,occidũt

Manus afferre. nõnullos,vulnerant multos:vniuerſiq; diſtrictis gladiis & cruẽtis in oĩbus fori partibus fratrẽ meũ virũ optimũ,oculis q̃rebãt,voce poſcebãt:quorꝝ ille telis libẽter ſuũ corpus obtuliſſet,niſi ſuã vitã ad ſpem mei reditus reſeruaſſet.pulſus tñ e roſtris in comitio iacuit,ſeq; ſeruorꝝ,& libertorũ corporibꝰ obtexit,vitãq; ſuã tũ noctis & fugę p̃ſidio non iuris iudiciorũq; defendit.Meminiſtis tũ Iud.corporibus ciuiũ Tiberim repleri,cloacas refarciri,nihilq; neq; ante hoc tẽpus,neq; hoc ipſo turbulẽtiſſimo die criminationis eſſe in Seſtiũ.Hic etiã de ipo accuſatore q̃ro,q P.Seſtiũ querit̃ cũ multitudine in Tribunatu & cũ p̃ſidio magno fuiſſe,nũ illo die fuerit?certe nõ fuit.gladiatores tu ſupponas?cũ ſicariis e carcere emiſſis ante lucẽ in

Forũ purgare. forũ immittas?magiſtratꝰ tẽplo eiicias?cędẽ maximã facias?forũ purges? & cũ oĩa vi,armis, egeris,accuſes eũ,q ſe p̃ſidio munierit?nõ vt te oppugnaret, ſed vt vitã ſuã poſſet defendere? Ex eo tẽpore id egit Seſtius,vt a ſuis munitus,tuto in foro magiſtratũ gereret:vt a ſuis munitus Rẽp.adminiſtraret.Itaq; cũ fretus ſanctitate Tribunatꝰ,ſe nõ mõ cõtra vim,& ferrũ,ſed etiã cõtra verba,atq; ĩterceſſionẽ legibꝰ ſacratis eẽ armatũ putaret,venit in tẽplũ Ca-

Obnũciare ſtoris,obnũciauit cõſuli,cũ ſubito manus illa Clodiana ĩ cæde ciuiũ ſępe iã victrix,exclamat, incitat̃,inuadit:inermẽ,atq; ĩparatũ Tribunũ alii gladiis adoriunt̃,alii fragmentis ſeptorum, & fuſtibus:a quibus hic multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore & cõtrucidato ſe

abiecit exanimatus:neq; vlla alia re ab ſe mortē,niſi opinione mortis depulit.quē cū iacen-
tem,& conciſum plurimis vulneribus extremo ſpiritu exanguē & confectū viderēt,defatiga
tione magis & errore,q̃ miſericordia & modo,aliquando cędere deſtiterunt.Et cauſam di-
cit Seſtius de vi?quid ita?quia viuit.& id nō ſua culpa.plaga vna illa extrema defuit. quæ ſi
acceſſiſſet,reliquū ſpiritū exhauſiſſet.accuſa Lentidiū.non ꝑcuſſit locū:maledicito homini
Reatino,cur tā tēpore exclamaret occiſum.ipſum vero quid accuſas?nū defuit gladiis?num- Tempore.
repugnauit?nū vt gladiatoribus imꝑari ſolet,ferrū nō recepit?an hęc ipſa vis eſt?non poſſe
emori?an illa?ꝙ tribunus plebis tēplū cruentauit?an ꝙ cū eſſet ablatus,primūq; reſipiſſet,nō
ſe referri iuſſit?vbi eſt crimē,qđ reprehēditis?Hic quęro Iudices:ſi illo die gens iſta Clodia-
na,qđ facere voluit,effeciſſet: ſi P.Seſtius,qui ꝓ occiſo relictus eſt,occiſus eſſet:fuiſtis ne ad
arma ituri?fuiſtis ne vos ad patriū illū animū maiorūq; virtutē excitaturi?fuiſtis ne aliquan
do Rempu.a funeſto latrone repetituri?an etiā tunc quieſceretis?cunctaremini?timeretis? cū
Remp.a facinoroſiſſimis ſicariis,& a ſeruis eſſe oppreſſam,atq; occupatā videretis?Cuius igi
tur mortem vlciſceremini,ſi quidē liberi eſſe,& habere rempublicā cogitaretis,de eius virtu
te viri quid vos loqui,qd ſentire,qd cogitare,qd iudicare oporteat,dubitandū putatis? At
vero illi ipſi parricidæ, quorū effrenatus furor alitur impunitate diuturna, adeo vim faci-
noris ſui ꝑhorruerāt,vt ſi paulo longior opinio mortis Seſtii fuiſſet,Gracchum illū ſuū,
transferēdi in nos criminis cauſa occidere cogitarint.ſenſit ruſticulus non incautus:neq;.n. Ruſticulus
homines tacere potuerūt:ſuū ſanguinē quęri ad reſtinguendā inuidiam facinoris Clodiani:
mulioniam ꝑnulā arripuit,cū qua primū Romā ad comitia venerat:meſſoria ſe corbe cōte Mulionia
xit:cū quęrerēt alii Numeriū,alii Quintū,gemini nominis errore ſeruat⁹ eſt.atq; hoc ſcitis ꝑnula.
omēs:vſqueadeo hominē in ꝑiculo fuiſſe,quoad Seſtiū ſcitū eſt viuere.quod niſi eſſet pate Corbis meſ
factum paulo citius,q̃ vellem,non illi quidē morte mercenarii ſui transferre potuiſſent inui ſoria.
diam in quos putabant,ſed acerbiſſimi ſceleris infamiā grato quodam ſcelere minuiſſent.Ac,
ſi tunc P.Seſtius Iud.in tēplo Caſtoris animā quā vix retinuit,edidiſſet,non dubito,quin,ſi
modo eſſet in Rep.Senatus,ſi maieſtas populi Romani reuixiſſet,aliquando ſtatua huic ob
Remp.interfecto in foro ſtatuerē.Nec vero illorum quiſq̃,quos a maioribus noſtris morte-
obita poſitos in illo loco atq; in roſtris collocatos videtis,eſſet P.Seſtio aut acerbitate mor
tis,aut in rempublicā animo pręponendus:q cū cauſam ciuis calamitoſi,cauſam amici,cau-
ſam bene de Rep.meriti,cauſam ſenatoris,cauſam Italię,cauſam Reip.ſuſcepiſſet: cumq; au
ſpiciis religioniq; parens obnūciaret,qđ ſenſerat:luce palā a nefariis ꝑſtibus in deorū,homi
nūq; cōſpectu eſſet occiſus,ſanctiſſimo in tēplo,ſanctiſſima in cauſa,ſanctiſſimo in magiſtra-
tu. Eius igiē vitā q̄nā ſpoliandā ornamētis eſſe dicet,cuius mortē ornādā monimēto ſem-
piterno putaretis?Homines inq̄t emiſti,coegiſti,paraſti.qd vti faceret?ſenatū obſideret?ciuis
indemnatos exꝑlleret?bona diriꝑret?ædes incēderet?tecta diſturbaret?tēpla deorū immor-
taliū inflāmaret?tribunos plebis ferro e roſtris exꝑlleret?ꝓuincias quas vellet,q̄bus vellet,
venderet?reges appellaret rerū capitaliū cōdemnatos?principē ciuitatis ferro obſeſſum tene
ret?hęc vt efficere poſſet,q̃ fieri,niſi armis oppreſſa Rep.nullo modo poterāt,idcirco credo
manū ſibi P.Seſtius & copias cōparauit.At cū forū corporibus ciuiū Romanorū eſſet cōſtra
tum cęde nocturna,nō modo nulla noua q̄ſtio,ſed etiā vetera iudicia ſublata:Tribunū ple.
plus viginti vulneribus acceptis iacentē,moribūdūq; vidiſtis:alterius Tribuni plebis,diuini-
hoīs,dicā em̄ qđ ſentio,& qđ mecū ſentiūt oēs,diuina,inſigni quadā,inaudita,noua magni
tudine animi,grauitate,fide ꝓditi,domus eſt oppugnata ferro,facib⁹,exercitu Clodiano. &
tu hoc loco laudas Milonē,& iure laudas?quē em̄ vnq̃ virū tā immortali virtute pręditum Milonis
vidimus?qui nullo pręmio ꝓpoſito,ꝓter hoc,qđ iā contritū,& cōtemptū putaē,iudiciū bo- laudes.
norum,omnia ꝑicula,ſummos labores,grauiſſimas contētiones inimicitiasq; ſuſcepit: qui
mihi vnus ex oībus ciuibus videē re docuiſſe,nō verbis,quid oporteat a pręſtantiſſimis vi-
ris in repub.fieri,& qd neceſſe eſſet.oportere hominū audaciū,euerſoꝝ reipublicę ſcelerib⁹,
legibus,& iudiciis reſiſtere.ſi leges nō valerēt,iudicia nō eſſent,ſi Reſp.vi cōſenſuq; audaciū
armis oppreſſa tenereē,ꝓſidio & copiis defendi vitā & libertatē neceſſe eſſe.hoc ſentire,pru-
dētię eſt:facere,fortitudinis:ſentire vero,& facere,ꝑfectę cumulatęq; virtutis.Adiit ad Rēp.
tribunus plebis Milo:de cuius laude plura dixi,nō quo aut ipſe hęc dici,q̃ exiſtimari malit:
aut ego hunc laudis fructū pręſenti libenter imꝑtiam:pręſertim cum verbis conſequi non
poſſim:ſed ꝙ exiſtimo ſi Milonis cauſam accuſatoris voce collaudatā probaro,vos in hoc

crimine parẽ Seſtii cauſam exiſtimaturos.Quomodo in hoc genere pręſidii comparati accu
ſas Seſtiũ,cũ idẽ laudes Milonẽ?an q ſua tecta defendit:q ab aris,focis,ferrũ flammãq; depel-
lit;qui ſibi licere vult tuto eſſe in foro,in tẽplo,in curia:q vitę pręſidiũ cõparat:q vulnerib⁹
quę cernit quotidie toto corpore,monet̃,vt aliquo pręſidio caput,& ceruices,& iugulũ,ac
latera tutetur:hũc de vi accuſandũ putas?Quis eñ veſtrũ Iud.ignorat,ita naturã rerum tu
liſſe,vt quodã tẽpore homines,nondum neq; naturali,neq; ciuili iure deſcripto,fuſi ꝑ agros
ac diſꝑſi vagarent̃,tantũq; haberẽt,quantũ manu ac viribus per cędẽ ac vulnera aut eripe
re,aut retinere potuiſſent?Qui igit̃ primi virtute,& cõſilio pręſtãti extiterũt,ii ꝑſpecto ge
nere humanę docilitatis,atq; ingenii,diſſipatos vnũ in locũ cõgregarunt:eosq; ex feritate il
Reſpublicę
la ad iuſtitiã,atq; manſuetudinẽ tranſtulerũt.tũ res cõmunẽ vtilitatẽ continẽtes,quas publi
Ciuitates.
cas appellamus:tũ cõuenticula hominũ,q̃ poſtea ciuitates nominauerũt:tũ domicilia cõiũ-
Vrbes.
cta,quas vrbes dicimus, inuento & diuino & humano iure mœnibus ſepſerunt.Atq; inter
Vis & Ius.
hanc vitã ꝑpolitã humanitate,& illã immanẽ,nihil tam intereſt,q̃ vis,& ius.horum vtro
vti volumus,altero eſt carendũ.vim volumus?extingui ius neceſſe eſt,ideſt iudicia, quibus
omne ius cõtinetur.iudicia diſplicent?aut nulla ſunt?vis dominet̃ neceſſe eſt,hęc vidẽt oẽs.
Milo & vidit,& fecit.vt ius experiretur,vim depelleret:altero vti voluit,vt virtus audaciã
vinceret:altero vſus neceſſario eſt, ne virt⁹ ab audacia vinceret̃.Eadẽq; ratio fuit P.Seſtii,ſi
minus in accuſando(neq; eñ ꝑ oẽs fuit idẽ neceſſe fieri)at certe in neceſſitate defenſionis
ſalutis ſuę,ꝓſidioq; cõtra vim,& manũ cõparato.nã qd ageret vir ad dignitatẽ & gloriã na-
tus?agebat auctoritate,agebat conſilio,agebat ꝑ ſummũ ordinẽ,agebat exemplo bonorum
& fortiũ ciuiũ:qd republica,quid ſe dignũ eſſet,quis eſſe ipſe poſſet,quid ſꝑare,quid maio
ribus ſuis reddere deberet,diligentiſſime cogitabat.O dii immortales,quem iam oſtenditis
exitũ nobis:quã ſꝑm Reip.datis.quotus quiſq; inuenietur tanta virtute vir,qui optimam
quãq; cauſam reip.amplectat̃?qui bonis viris deſeruiat?qui ſolidã laudẽ,verãq; quęrat?Neq;
hic tamen vlla vnq̃ iniuria adducetur,vt eũ tali virtute,tantaq; firmitate animi ſe in Rẽp.
fuiſſe pœniteat.ſed qui hęc vident,adoleſcentes,quonam ſuas mẽtes conferent?ille qui mo-
nimenta publica,qui ædes ſacras expugnauit,excidit,incendit:qui ſtipatus ſemꝑ ſicariis,
ſeptus armatis,munitus iudicibus fuit,quorũ hodie copia redũdans volitat ędibus:accuſat
eum,qui aliqua parte furorẽ exultantẽ repreſſit.hic q eſt ſe tutatus,ſic vt in priuata re deos
ꝑnates ſuos,in Rep.iura Tribunat⁹ auſpiciaq; defenderet,accuſare eũ moderate,a quo ipſe
Situ.
nefarie accuſatur,ꝑ ſenatus auctoritatẽ nõ eſt ſitus.Nimirũ hoc illud eſt,quod de me po-
Natio optimatium.
tiſſimum tu in accuſatione quęſiſti,quę eſſet noſtra natio optimatiũ.ſic eñ dixiſti.Rem quę
ritis pręclaram iuuentuti ad diſcendum,nec mihi difficilem ad ꝑdocendũ.de qua pauca
Iud.dicam:& vt arbitror,nec ab vtilitate eorũ,qui audient,nec ab officio noſtro,nec ab ipſa
cauſa P. Seſtii abhorrebit oratio mea. Duo genera ſemꝑ in hac ciuitate fuerũt eorũ q ver-
ſari in Rep.atq; in ea ſe excellẽti⁹ gerere ſtuduerũt:qbus ex generib⁹ alteri ſe populares,alte
ri optimates & haberi,& eſſe voluerũt.q ea q̃ faciebãt,q̃q; dicebãt,multitudini iucũda eſſe
Populares.
volebãt, populares:q aũt ita ſe gerebãt,vt ſua cõſilia optimo cuiq; ꝓbarent̃,optimates habe
Optimates
bant̃.qs ergo optim⁹ iſte?qs?de nũero ſi q̃ris,innumerabiles:neq; eñ aliter ſtare poſſem⁹.Sũt
principes conſilii publici,ſunt qui eorũ ſectã ſequuntur,ſunt maximorũ ordinũ homines, q
bus patet Curia,ſunt municipales ruſticiq; Romani,ſunt negotia gerentes,ſunt etiam liber
tini optimates.numerus huius generis late,& varie diffuſus eſt.Sed genus vniuerſum(vt
tollat̃ error)breui circũſcribi & definiri poteſt.oẽs optimates ſunt,q neq; nocentes ſunt,nec
natura improbi,nec furioſi, nec malis domeſticis impediti.Eſto igit̃ vt hi ſint,quam tu na-
Cõſtituti bene de reb⁹ domeſt.
tionem appellaſti:& qui integri ſunt,& ſani,& bene de rebus domeſticis conſtituti.horum,
qui voluntati,commodis,opinioni in gubernanda Rep.ſeruiũt,defenſores optimatũ, ipſiq;
optimates grauiſſimi & clariſſimi ciues nominãtur,& principes ciuitatis.Quid eſt igit̃ pro
poſitum his Reip.gubernatoribus,quod intueri, & quo curſum ſuum dirigere debeant?id
Otiũ cũ dignitate,maxime optabile.
quod eſt pręſtantiſſimum,maximeq; optabile ſanis,& bonis,& beatis,cum dignitate otium.
hoc qui volunt,omnes optimates:qui efficiunt,ſummi viri & conſeruatores ciuitatis putã
tur.neq; enim rerum gerendarum dignitate homines efferri ita conuenit,vt otio non ꝓſpi
ciant : neq; vllum amplexari otium,quod abhorreat a dignitate.Huius autẽ otioſę dignita
tis hæc fundamenta ſunt,hæc membra,quæ tuenda principibus,& vel capitis ꝑiculo de-
fendenda ſunt:religiones,auſpicia,poteſtates magiſtratuũ,Senatus auctoritas,leges,mos ma

iorum,iudicia,iuriſdictio,fides,prouinciç,ſocii,imꝑii laus,res militaris,ærariũ.harũ rerũ
tot atq; tantarũ eſſe defenſorẽ & patronũ magni animi eſt,magni ingenii,magnęq; conſtan=
tię.Hanc ego viã Iudices,ſi aut aſꝑã,atq; arduã,aut plenã eſſe ꝑiculorũ aut inſidiarũ ne=
gem,mẽtiar:prçſertim,cũ id nõ modo intellexerim ſemp,ſed etiã ꝑter cęteros ſenſerim. ma=
ioribus prçſidiis & copiis oppugnat̃ Reſpublica,q̃ defendit̃:ꝓpterea ꝙ audaces homines,&
ꝑditi,nutu impellunt̃,& ipſi etiã ſua ſponte cõtra Rẽpublicã incitant̃. boni neſcio quo mo
do tardiores ſunt,& principiis rerũ neglectis,ad extremũ ipſa deniq; neceſſitate excitãtur:
ita vt nonnũq̃ cunctatione ac tarditate,dũ otiũ volũt etiã ſine dignitate retinere,ipſi vtrũ
ꝙ amittant.Propugnatores autẽ Reipublicę qui eſſe voluerũt,oĩa Reip.cauſa ꝑferũt . qui
ſunt tales,qualis pater tuus M.Scaure fuit,qui ſeditioſis omnib⁹ reſtitit,quẽ nulla vnq̃ vis,
nullç minç,nulla inuidia labefecit.aut qualis Q.Metellus patruus matris tuę,qui de ciuita
te maluit,q̃ de ſententia dimoueri.aut,vt vetera exempla,quorũ eſt copia digna huius im=
ꝑii gloria,relinquã,neve eorũ aliquẽ qui viuunt,nominẽ,qualis nuper Q.Catulus fuit,quẽ
neq; ꝑiculi tempeſtas,neq; honoris aura potuit vnq̃ de ſuo curſu vitę,aut ſpe,aut metu di
mouere. Hæc imitamini ꝑ deos immortales,q dignitatẽ,q laudẽ,qui gloriã quęritis.hęc am
pla ſunt,hęc immortalia,hęc diuina, hęc fama celebrãtur,monimẽtis annaliũ mandant̃,po
ſteritati propagant̃.Nũc niſi me fallit,in eo ſtatu ciuitas eſt,vt ſi operas cõductorũ remoue
ris,oẽs idem de republica ſenſuri eſſe videant̃.etenĩ tribus locis ſignificari maxime populi
Romani iudiciũ,ac voluntas poteſt.cõcione,comitiis,ludorũ gladiatorũq; conſeſſu.quę cõ
cio fuit ꝑ hos annos,quę quidẽ eſſet nõ cõducta,ſed vera,in qua populi Romani conſen=
ſus ꝑſpici poſſet?Habitę ſunt multę de me a gladiatore ſceleratiſſimo cõciões,ad quas nemo
adibat incorrupt⁹,nemo integer: erãt.n.illę cõciones ꝑditorũ hoĩm neceſſario turbulẽtę.ha
buit de eodẽ me P.Lẽtulus Cõſul cõcionẽ,cõcurſus eſt populi Ro.fact⁹,egit cauſam ſumma
cũ grauitate copiaq; dicendi,tanto ſilentio,tanta approbatione omniũ,nihil vt vnq̃ videre
tur tam populare ad populi Ro.aures accidiſſe.productus eſt ab eo Cn.Pompeius,qui ſe nõ
ſolũ auctorẽ meç ſalutis,ſed etiam ſupplicem populo Ro.exhibuit. huius oratio & ꝑgra=
uis & grata in concione fuit.quo ſilentio ſunt auditi de me cęteri principes ciuitatis? quos
idcirco non appello hoc loco,ne mea oratio ſi minus de aliquo dixero, ingrata ſit:ſi ſatis,
de omnibus infinita eſſe videatur.Cedo nunc eiuſdẽ illius inimici mei de me eodẽ ad verum
populũ in campo Martio concionẽ.quis nõ modo approbauit,ſed nõ indigniſſimũ facinus
putauit?illum non dicã loqui,ſed viuere,ac ſpirare?quis fuit,q nõ eius voce maculari rem=
publicam?ſeq;,ſi tum audiret,ſcelere aſtringi arbitraretur?Venio ad comitia ſiue magiſtra
tuum ſiue legum placet,de me,quẽ Tyrannũ atq; ereptorẽ libertatis eſſe dicebat,in illa rui
na Reip.dicit ſe legem tuliſſe.quis eſt,qui,cũ contra me ferebat̃,iniſſe ſe ſuffragiũ confitea=
tur?cum autẽ de me eodẽ ex ſenatuſconſulto comitiis Centuriatis ferebat̃,quis eſt qui non
ꝓfiteatur ſe affuiſſe,& ſuffragiũ de ſalute mea tuliſſe?Vtra igit̃ cauſa popularis debet vide
ri?in qua omnes honeſtates ciuitatis, oẽs ætates,omnes ordines vna cõſentiunt?an in qua
furię concitatę tãq̃ ad funus Reip.cõuolant?An ſicubi aderit Gellius,hõ & fratre indignus
viro clariſſimo,& ordine Equeſtri,cuius ille ordinis nomẽ retinet,ornamẽta confecit,id erit
populare?vſq; eo non fuit popularis,vt bona ſolus comeſſet.libelli etiã pro vino ſęꝑ oppi=
gnerabantur:manebat inſaturabile abdomẽ,copię deficiebãt.qui quaſi mea culpa,bona ꝑ=
diderit,ita ob eã ipſam cauſam eſt mihi inimicus,quia nihil habet.vtrũ ego tibi patrimoni
um eripui Gelli?an tu comediſti?quid tu meo ꝑiculo gurges ac vorago patrimonii hellu
abare?vt ſi ego conſul rẽp.cõtra te, & gregales tuos defendiſſem,in ciuitate eſſe me nolles?
te nemo tuorũ videre vult:omnes aditũ,ſermonẽ,congreſſum tuũ fugiunt.Plura dixi,q̃ di
cendũ fuit,in furioſiſſimũ atq; egentiſſimũ ganeonẽ. veniam⁹ ad ludos.facit enĩ Iud.veſter
iſte in me animorũ,oculorũq; cõtuitus,vt mihi iã licere putẽ remiſſiore vti genere dicendi.
& quęſo hoc loco Iudices nequa me leuitate ductũ ad inſolitũ genus dicendi labi putetis,
ſi de poetis,de hiſtrionib⁹,de ludis in iudicio loquar.nõ ſum tã ignarus Iud.cauſarũ,nõ tã
inſolens in dicendo,vt omni ex genere orationem aucuꝑ,& omnes vndiq; floſculos carpã
atq; delibẽ.ſcio quid grauitas veſtra,quid hęc aduocatio,quid ille conuentus,quid dignitas
populi Romani,& quid ꝑiculi magnitudo,quid ætas,quid honos meus poſtulet.ſed mihi
ſumpſi hoc loco doctrinã quãdã iuuẽtuti,q eſſent optimates.in ea explicãda demõſtrãdum
fuit,nõ eſſe popularis oĩs eos,q putent̃.Ex te igit̃ Scaure potiſſimũ q̃ro,q ludos apparatiſſi

Populi Roma.iudiciũ ac volũtas trib⁹ locis ſignificat̃.

Oppignerari.
Abdomẽ inſaturabile.

Aucupari orationem
Floſculos carpere atq; delibare

Ludius. mos magnificentiſſimoſq; feciſti,cur ille ipſe maxime ludius nō ſolū ſpectator,ſed actor , &
Embolia. achroma,q oīa ſororis embolia nouit,qui in cœtu mulierū ꝓ pſaltria adducit̃,nec tuos lu-
dos aſꝑexit,in illo ardēti Tribunatu ſuo?nec vllos alios,niſi eos,a qb⁹ vix viuus effugit? vix
ſe populus Romanus tenuit:vix homines odiū ſuū a corpore eius impuro atq; nefando re
Roſcius preſſerūt:ne hiſtriones quidē coram ſedenti ꝑpercerūt.Quid fuit illud? ꝙ ſummus artifex
hiſtrio. flens,& recenti lętitia,& mœſto dolore,ac deſiderio mei egit aꝑrte multo grauioribus ver-
bis meam cauſam,q̃ egomet de me agere potuiſſem?ſummi em̄ poetę ingeniū nō ſolum arte
ſua,ſed etiā dolore exprimebat.Tū illa quāto cū gemitu acta ſunt?O pater.Me me ille abſen
tem vt patrē deplorandū putarat,quē Q.Catulus,quē multi alii ſęꝑ in ſenatu patrē patriæ
nominarant.quāto cū fletu?cū patrē pulſum,patriā afflictā deploraret,domū incenſam,euer
ſamq;.ſic egit,vt demōſtrata priſtina fortuna fletū etiā inimicis,atq; inuidis excitaret.nomi
natim ſum appellatus in Bruto. Tullius,q libertatē ciuibus ſtabiliuerat,millies reuocatus
eſt. In hunc cōſenſum P.Seſtius tribunus pl.cū ageret,nihil aliud in eo magiſtratu niſi meā
cauſam egit.is ſe populo dedit,nō plauſus cupiditate,ſed vt ipſi inimici noſtri voluntatem
Columna vniuerſi populi viderēt.venit vt ſcitis ad columnā Meniā:tantus eſt ex oībus ſpectaculis vſ
Menia. q; a capitolio,tantus ex fori cancellis plauſus excitatus,vt nūq̃ maior conſenſio,aut aꝑrti-
M.Attili⁹ or populi Romani vniuerſi fuiſſe vlla in cauſa diceret̃.Tu etiā mihi M.Attiliū Regulū com
Regulus. memoras,qui redire ipſe Carthaginē ſua voluntate ad ſuppliciū, q̃ ſine his captiuis,ꝓ qbus
ad ſenatū miſſus erat,Romę manere maluerit?& mihi negas optandū reditū fuiſſe?hūc ego
reditū repudiarē?qui ita florens fuit,vt verear,ne qs me ſtudio gloriæ putet idcirco exiſſe,
vt ita redirē.quē em̄ vnq̃ ſenatus ciuē,niſi me,nationib⁹ exteris cōmēdauit?quē curia magis
requiſiuit?quē forū luxit?quē æque ipſa tribunalia deſiderauerūt?oīa diſceſſu meo deſerta,
horrida,muta,plena luctus,& mœroris fuerūt.quis eſt Italię locus,in quo non fixum ſit in
publicis monimentis ſtudiū ſalutis meę,teſtimoniū dignitatis?Reditus vero meus q fuerit,
Natalis quis ignorat?cū ipſis nonis Sextilibus idē dies reditus mei fuiſſet,q & natalis meus,idem &
Ciceronis. filię meę chariſſimę:cumq; itinere toto vrbes Italię feſtos dies agerēt aduētus mei:vię mul
titudine legatorū vndiq; miſſorū celebrabant̃:ad vrbē acceſſus incredibili hominū gratula-
tione florebat:reditus erat eiuſmodi,vt ſumma in lętitia illud dolerē,ciuitatē tam gratā,tā
miſerā atq; oppreſſam fuiſſe.Habes igit̃ qđ ex me quęſiiſti,q eſſent optimates.non eſt natio,
vt dixiſti.Et cohortari auſus eſt accuſator in hac cauſa vos Iudices,vt aliquādo eſſetis ſeue
Medicina. ri,aliquādo medicinā adhiberetis reipubli. nō ea eſt medicina,cū ſanę parti corporis ſcalꝑl
Scalꝑllū. lum adhibet̃,atq; integrę.carnificina eſt iſta,& crudelitas.hi medent̃ reipublicę,q exſecāt ꝑ
Struma. ſtem aliquā,tāq̃ ſtrumā ciuitatis. Sed vt extremū habeat aliquid oratio mea,& vt ego an-
te dicēdi finē faciā q̃ vos me attente audiēdi,cōcludā illud de optimatibus,eorūq; principi-
bus,ac reipublicę defenſoribus:voſq; adoleſcētes,& q nobiles eſtis,ad maiorū veſtrorum imi
tationem excitabo:& q ingenio,& virtute nobilitatē poteſtis cōſequi,ad eā rationem in qua
Laudis & multi hoīes noui & honore & gloria floruerūt,cohortabor.hęc eſt vna via,mihi credite,&
honoris laudis,& honoris,& dignitatis:a bonis viris,& ſapiētibus,bene a natura cōſtitutis,laudari,
via. & diligi:noſſe deſcriptionē ciuitatis a maioribus noſtris ſapiētiſſime cōſtitutā:q cū regiam
poteſtatē non tuliſſent,ita magiſtratus annuos creauerūt,vt conſiliū ſenatus Reip.prępone
rent ſempiternū:deligerent̃ autē in id conſiliū ab vniuerſo populo, aditusq; in illū ſummū
ordinē omniū ciuiū induſtria ac virtute pateret.Senatū reipublicę cuſtodē,p̄ſidē,ꝓpugnato
rem collocauerūt.huius ordinis vti auctoritate magiſtratus,& quaſi miniſtros grauiſſimi
conſilii eſſe voluerunt: ſenatū autē ipſum ꝓximorū ordinū ſplendore cōfirmari:plebis liber
tatem & cōmoda tueri atq; augere voluerūt.hęc q ꝓ virili parte defendūt,optimates ſunt,
cuiuſq; ſint ordinis.qui autē p̄cipue ſuis ceruicibus tanta munia,atq; Remp.ſuſtinēt, ii ſem
ꝑ habiti ſunt optimatū principes,auctores,& cōſeruatores ciuitatis.Huic hominū generi
fateor multos aduerſarios,inimicos,inuidos eſſe,multa ꝓponi ꝑicula,multas inferri iniu
rias,magnos eſſe expeːiūdos,& ſubeūdos labores.ſed mihi omnis oratio eſt cū virtute, non
cū deſidia,cū dignitate,nō cū voluptate,cū iis,q ſe patrię,qui ſuis ciuibus,qui laudi, q glo-
Patientes rię,non qui ſomno,& conuiuiis,& delectationi natos arbitrant̃.Nā ſi qui voluptatibus du
laborum. cantur,& ſe vitiorum illecebris,& cupiditatū lenociniis dediderūt,miſſos faciant honores,
Gloria ve- nec attingāt rempublicā,patiātur viros laborū patientes frui.qui autem bonā famā bonoꝝ,
ta. q̃ vere ſola gloria nominari poteſt,expetūt,aliis otiū q̄rere debēt,& voluptates,nō ſibi. ſudā

dum eſt his,pro communibus cõmodis,adeundę inimicitię,ſubeũdę ſęꝑ pro Rep. tempeſta
tes:cũ multis audacibus,improbis,nonnunq̃ etiã potẽtibus,dimicandũ.Hęc audiuimus de
clariſſimorũ virorũ conſiliis,& factis,hęc accepimus,hęc legimus.neq; eos in laude poſitos
videmus,q incitarũt aliquãdo populi animos ad ſeditionẽ:aut qui largitione cęcarunt mẽ-
tes imperitorũ:aut q fortis,& claros viros,& bene de Rep.meritos in inuidiã aliquã voca-
uerunt.leuis hos ſemp,& audaces,& malos,& ꝑnicioſos ciues putauerũt.at vero qui ho-
rum impetus repreſſerũt,& conatus:qui auctoritate,qui fide,qui cõſtãtia,qui magnitudine
animi,cõſiliis audaciũ reſtiterũt:ii graues,ii principes,ii duces,ii auctores huius ordinis,&
dignitatis,atq; imperii ſemp habiti ſunt:& ſi quos eorũ aut iniqui iudicii q̃dam ꝓcella puer
tit,aut aliqua repentina vis ac tẽpeſtas perculit popularis,ꝑ populum tamen ipſum recreati
ſunt,atq; reuocati,aut omnino inuulnerati inuiolatiq; vixerũt.At vero ii,q ſenatus cõſiliũ, Inuulneratus.
qui auctoritatẽ bonorũ,qui inſtituta maiorũ neglexerunt,& imperitę aut cõcitatę multitu-
dini iucundi eſſe voluerũt,oẽs fere Reip.pœnas aut pręſenti morte,aut turpi exilio depen-
derunt.Q; ſi apud Atheniẽſes homines Gręcos longe a noſtrorũ hominũ grauitate diſiun
ctos non deerãt,qui Remp.cõtra populi temeritatẽ defenderũt:cũ omnes q ita fecerũt,e ciui
tate eiicerentur:ſi Themiſtoclẽ illũ cõſeruatorẽ patrię nõ deterruit a rep.defendẽda,nec Mil Themiſtocles.
ciadis calamitas,qui illã ciuitatẽ pauloante ſeruarat:nec Ariſtidis fuga, q vnus omniũ iu-
ſtiſſimus fuiſſe tradit: quid nos tandẽ facere debemus? primũ in ea ciuitate nati, vnde orta Milciades.
mihi grauitas & magnitudo animi videtur:tũ in tãta gloria inſiſtentes,vt omnia humana Ariſtides.
leuiora videri debeant:deinde ad eã remp.tuendã aggreſſi,q̃ tãta dignitate eſt,vt eam defen
dentem occidere non aliud ſit,q̃ oppugnantem rerũ potiri.Homines Gręci,quos antea no-
minaui,inique a ſuis ciuibus damnati,atq; expulſi,tamen quia ſunt de ſuis ciuitatibus bene
meriti,tanta hodie gloria ſunt,nõ in Gręcia ſolũ,ſed etiam apud nos,atq; in cęteris terris,
vt eos a quibus illi oppreſſi ſunt nemo nominet,horum calamitatem dominationi illorum
omnes anteponãt.Quis Carthaginenſium pluris fuit Annibale conſilio,virtute , rebus ge- Annibal.
ſtis?qui vnus nobiſcum tot annos de imperio,de gloria decertauit.hunc ſui ciues e ciuitatę
eiecerunt.nos etiam hoſtem literis noſtris & memoria videmus eſſe celebratum.Quare imi
temur noſtros Brutos,Camillos,Halas,Decios,Curios,Fabricios,Maximos,Scipiones, Len Ro.fortes.
tulos,Aemilios ,innumerabiles alios,qui hanc Rempublicam ſtabiliuerũt:quos equidem in
deorum immortalium cœtu ac numero repono.amemus patriam,pareamus ſenatui,conſu
lamus bonis,pręſentis fructus negligamus,poſteritati & glorię ſeruiamus:id eſſe optimum
putemus,quod erit rectiſſimum:ſperemus,qđ volumus:ſed quod acciderit,feramus: cogite Sperãdum
mus deniq; corpus virorum fortium,magnorumq; hominum eſſe mortale,animi vero mo quod volu
tus & virtutis gloriam ſempiternam:neq;,hanc opinionem ſi in illo ſanctiſſimo Hercule cõ m9:qđ acci
ſecratam videmus,cuius corpore ambuſto vitam eius,& virtutem immortalitas excepiſſe derit,feren
dicitur,minus exiſtimemus eos,qui hanc tantam Rempub.ſuis conſiliis aut laboribus aut dum.
auxerint,aut defenderint,aut ſeruarint , eſſe immortalem gloriam conſecutos. Sed me Herculis ĩ
repente Iudices , de fortiſſimorum , & clariſſimorum ciuium dignitate,& gloria dicentem, mortalitas
& plura etiam dicere parantem,horum aſpectus in ipſo curſu orationis repreſſit . video P.
Seſtium meæ ſalutis,veſtræ auctoritatis,publicæ cauſæ defenſorem,propugnatorem, aucto
rem,reum: video hunc prætextatum eius filium oculis lachrymantibus me intuentem:vi-
deo Milonem vindicem libertatis veſtræ,cuſtodem ſalutis meæ,ſubſidium afflictæ Reipubli T.Annius
cæ,extinctorem domeſtici latrocinii,repreſſorem cædis quotidianæ,defenſorem templorũ, Milo.
atq; tectorum,præſidium Curiæ,ſordidatum,& reum: video P.Lentulum,cuius ego patrẽ
deum ac parentem ſtatuo fortunæ,ac nominis mei,& fratris,rerumq; noſtrarum,in hoc mi De9 ac pa-
ſero ſqualore & ſordibus: cui ſuperior annus idem & virilem patris,& prætextam populi rens fortu
iudicio togam dederit,hunc hoc anno in hac toga,rogationis iniuſtiſſimæ ſubitam acerbi nę ac no.
tatem pro patre fortiſſimo, & clariſſimo ciue deprecantem. atq; hic tot & talium ciuium
ſqualor,hic luctus,hæ ſordes ſuſceptæ ſunt propter vnum me:quia me defenderunt : quia
meum caſum, luctũq; doluerunt:quia me lugenti patrię,flagitanti ſenatui,poſcenti Italiæ,
vobis omnibus orãtibus reddiderunt.qđ tantum eſt in me ſcelus?quid tantopere deliq illo,
illo die?cũ ad vos indicia,literas,cõfeſſiones cõmunis exitii detuli?cũ parui vobis?Ac ſi ſcele
ſtum eſt amare patriam,ꝑtuli pœnarum ſatis.euerſa domus eſt:fortunæ vexatæ : diſſipa-
ti liberi : rapta coniunx : frater optimus, incredibili pietate , amore inaudito , maximo in

ſqualore, volutatus eſt ad ꝑdes inimiciſſimorum.ego pulſus aris,focis,deis ꝑnatibus, diſtractus a meis,carui patria,quã(vti leuiſſime dicam)certe texeram:ꝑtuli crudelitatem inimicorum,ſcelus infidelium,fraudem inuidorum.Si hoc non eſt ſatis,ꝙ hęc omnia deleta videntur reditu meo,multo mihi,multo inquã Iudices prȩſtat,in eandem illam recidere fortunam,q̃ tãtam importare meis defenſoribus,& conſeruatoribus calamitatẽ. An ego in hac vrbe eſſe poſſum,his pulſis,qui me huius vrbis compotem fecerunt? non ero, non potero eſſe Iudices:neq; hic vnq̃ puer,qui his lachrymis qua ſit pietate declarat, amiſſo patre ſuo propter me,me ipſum incolumem videbit:& quotieſcunq; me viderit,ingemiſcet:ac ꝑſtem ſuã & patris ſui ſeſe dicet videre.ego vero vos in omni fortuna,quęcũq; erit oblata,complectar:nec me ab iis,quos meo nomine ſordidatos videtis,vnq̃ vlla fortuna diuellet: neq; hæ nationes,quibus me ſenatus commendauit,quibus de me gratias egit,hunc exulem ꝓpter me ſine me videbunt.Sed hęc dii immortales,qui me ſuis templis aduenientem receꝑunt, ſtipatum ab his viris,& P.Lentulus Conſul,atq; ipſa Reſp.qua nihil eſt ſanctius,veſtræ poteſtati commiſerunt.vos hoc iudicio omnium bonorum mentes confirmare, improborum reprimere poteſtis:vos his ciuibus vti optimis,vos me reficere,& renouare Rempublicam poteſtis.Quare vos obteſtor,atq; obſecro,vt ſicut me ſaluum eſſe voluiſtis,eos conſeruetis, ꝑ quos me recuꝑauiſtis.

Prȩſtat.

## IN VATINIVM.ORATIO.XXXIIII.

SI TVA Tantummodo Vatini quid indignitas poſtularet,ſpectare voluiſſem,feciſſem id,qđ his vehementer placebat,vt te cuius teſtimonium, propter turpitudinẽ vitæ,ſordeſq; domeſticas,nullius momenti putaretur, tacitus dimitterem.nemo enim horum ita te refutandum,vt grauem aduerſarium,aut ita rogandum,vt religioſum teſtem arbitrabatur. ſed fui paulo in te intemꝑãtior fortaſſe q̃ debui:odio enim tui, in quo etſi omnes propter tuum in me ſcelus,ſuperare debeo,tamen ab omnibus ꝑne vincor,ſic ſum incitatus,vt cũ te nõ minus cõtemnerẽ,q̃ odiſſem,tamẽ vexatũ potius q̃ deſpectum vellem dimittere.Quare ne tibi hũc honorẽ a me haberi forte mirere,ꝙ interrogem,quem nemo congreſſu,nemo aditu,nemo ſuffragio, nemo ciuitate,nemo luce dignum putet,nulla me ad id cauſa impuliſſet,niſi vt ferocitatem iſtam tuam comprimerem,& audaciam frangerem,& loquacitatem pauciſſimis interrogationib⁹ irretitam retardarem.etenim debuiſti Vatini,etiam ſi falſo veniſſes in ſuſpitionẽ P.Seſtio, tamen mihi ignoſcere,ſi in tanto hominis de me optime meriti ꝑiculo,& tempori eius,& voluntati parere voluiſſem.ſed heſterno pro teſtimonio eſſe mentitum,cum affirmares nullum tibi omnino cum Albinouano ſermonem non modo de Seſtio accuſando,ſed vlla vnq̃ de re fuiſſe,paulo ante imprudẽs indicaſti:qui & T.Claudium tecum communicaſſe, & a te conſilium P.Seſtii accuſandi ꝑtiſſe:& Albinouanum,quem antea vix tibi notum eſſe dixiſſes,domum tuam veniſſe,multa tecum locutum,dixeris:deniq; conciones P.Seſtii ſcriptas, quas neq; noſſet,neq; reꝑire poſſet,te Albinouano dediſſe, eaſq; in hoc iudicio recitatas. In quorũ altero es confeſſus,a te accuſatores eſſe inſtructos,& ſubornatos.in altero incõſtãtiam tuam cũ leuitate,tum etiã ꝑiurio implicatã,refelliſti:cum quẽ alieniſſimum a te eſſe
Prȩuaricator. dixiſſes,eum domi tuę fuiſſe:quem prȩuaricatorẽ ab initio iudicaſſes,ei te,quos rogaſſet,ad accuſandum libros dixeris dediſſe.Nimiũ es vehemens feroxq; natura.non putas fas eſſe verbum ex ore exire cuiuſq̃,qđ non iucundum,& honorificum ad aures tuas accedat. veniſti
Nutricula iratus omnibus.qđ ego,ſimulac te aſꝑxi,prius q̃ loqui cœpiſti,cum ante Gellius,*nutricula ſeditioſorũ omniũ,teſtimoniũ diceret,ſenſi,atq; ꝓuidi.repẽte em̃ te,tanq̃ ſerpens e latibulis,
* oculis eminentibus,inflato collo,tumidis ceruicibus intuliſti.vt mihi renouatus ille tuus in te veterem eum amicum,ſed tamẽ ſuum familiarem defenderim.cum in hac ciuitate oppugnatio ſoleat,qua tu nunc vteris,nonnunq̃ defendi,nonnunq̃ vituꝑari.Sed quęro a te, cur C.Cornelium non defenderem?num legem aliquam Cornelius contra auſpicia tulerit?
Illȩdere. num Heliam?nũ Fuſiam legem illæſerit?num Conſuli vim attulerit?num armatis hominibus templum tenuerit?num interceſſorem vi deiecerit?num religiones polluerit? ærarium exhauſerit?remp.compilarit?tua ſunt,tua ſunt hęc omnia.Cornelio eiuſmodi nihil obiectũ eſt,codicem legiſſe dicebatur:defendebatur teſtibus Collegis ſuis,non recitãdi cauſa legiſſe,